

1537. & 19. Febr.

Valachia

39

Expeditio belli in Valachos. Literae
primarum restium.

Sigismundus primus rex Poloniae etc. Univer:
sis et singulis palatinis, castellanis, dignitari:
is, officialibus, terrigenis, nobilibus, advocatis, scul:
tibus et civibus, ceterisque cuiuscunque status, con:
ditionis et praeminentia subditis nostris, bo:
na quaecunque terrestria hereditaria et obliga:
toria possidentibus, et ad expeditionem bellica
generalem, de iure vel consuetudine regni no:
stri obligatis, sincere et fidelibus dilectis, grati:
am nostram regiam. Magnifici, generosi, nobi:
les et famati, sincere nobis et fideles dilecti. Re:
versi tandem ex Lithuania, summa cura atque
diligentia laboravimus in comitiis Cracovia nu:
per transactis, ut certa aliqua ratio, publico
omnium ordinum regni consensu iniretur con:
stituereturque, quo pacto non solum regni fines
defenderentur, verum etiam hostes quidam, qui
nobis absentibus regnum nostrum magnis ini:
uriis afficerent, condignis penis afficerentur,
verum tamen nihil aliud decerni et statui po:
tuit, quam ut generalis bellica expeditio fieret.
Mandamus ergo vobis his primis restium li:
teris, ut ad istam ipsam expeditionem ab armis
et equis et omnibus aliis rebus quae belli
usus postulat, bene parati sitis, ut ad quod
tempus et ad quem locum iusserimus tertio

restium

3

restium literis, sine omni mora veniatis. In-
tenim tamen iudicia intermitteri nolumus us-
que ad tertias restes, atque ut has literas
alius ad alium viciniorum transmittat, ul-
timus vero ad capitaneum loci remittat, ne-
que aliter faciatis sub indignatione nostra et
omissione bonorum. Datum Craiovia decima
nona Februarii, anno Domini millesimo quin-
gentesimo trigesimo septimo, regni nostri an-
no trigesimo primo.

Ad mandatum proprium
sacrae maiestatis regiae.